UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta pacis executionis publica, Oder Nürnbergische Friedens-Executions-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, wie und welchergestalt die würckliche Vollziehung des Westphälischen Friedens, sowohl in puncto Exauctorationis Militæ und Evacuationis Locorum, als auch und vornehmlich in dem hochwichtigen puncto Restitutionis ex Capite Amnestiæ & Gravaminum, biß zum völligen Schluß des ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover ; Tübingen, 1737

No.II. Literae Statuum Imp. ad Regem Hispan. pro liberanda Frankendalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51734

Visual Library

1650. Febr. Sachſen-Coburg: Bamberg: Ad Majora: Sueci addidere: Es falle auch das Unter-Pfältziſche Contingent. Sollicitentur Cæſar & Sueci, rem abſolvant. Wegen Franckenthal ſollicitetur & Cæſar. 1650. Febr.

Sachſen-Weimar: Eichſtedt: Wolle ſich vom gemeinen Mitleiden nicht ſepariren, doch, quia non inſtructus, ad referendum; zweiffle an richtiger Erklärung nicht. In der erſten Repartition über die 3000000. Thlr. ſey dem Stifft zu viel geſchehen, bitte es bey denen 2. Millionen zu ändern.

Braunſchweig-Wolffenbüttel: ſpe rati hat man verwilliget, wie Bamberg und Altenburg.

Straßburg: Wie Teutſch-Orden: Benfeldiſche Garniſon müſſe unterhalten werden. Adhibeantur Status, ad Repartitionem wie Eichſtedt.

Braunſchweig-Zell: Schweden klagen, die Schiff-Flotte habe müſſen bezahlet werden. Schweden ſoll man die Repartition gegen die Declaration ausſtellen. Ratione Declarationis ſtehe man des Platzes wegen, ſonderlich die Benachbahrte, in Gefahr; indemniſentur. Wegen des Ober-Pfältziſchen Contingents müſſen ſie wegen des Nieder-Sächſiſchen Creyßes proteſtiren.

Regenſpurg: Von denen 200000. Thlrn. müſſe Er Reſolution erwarten; Stifft Augſpurg bitte Verſchonung. Petit communicationem Repartitionis. Stifft Münſter könne ſich nicht für voll anſetzen laſſen, referirte ſich auf des Reichs Atteſtat.

Henneberg: Wie Altenburg und Bamberg: Ehe man ad Cæſarem ſchreibe, communicemus cum Gallis & Suecis ſuper Expedientibus. An die Creyßausſchreibende Fürſten der Repartition wegen zeitlich zu ſchreiben. Indemniſatio fiat. Nieder-Sachſen ſolle man per literas erſuchen um Beytritt. Klaget wegen Römhild, man ſeye zu hoch angeleget, doch bediene man ſich der Clauſulæ.

Baſel: Sey nicht inſtruiret, doch Reſtitutus concurret. Sonſten wie Zelle, ratione Indemniſationis.

Saltzburg concludendo: Repartitio conficiatur; communicetur Statibus; Suecis tradatur, qui nobis Declarationem tradant. Cæſar & Sueci ſollicitentur de confectione des Schluß-Receſſes. Quia Declaratio locum continebit, ſed de eo non conſtat, & periculum ſubeſt, conteſtatumque, ſolventes vel exemtos ab onere eximendos &c. loquamur de immunitate; quia præſidium ſuſtentationem è vicinia petit. Schreiben an die ausſchreibende Fürſten. Literas ad Cæſarem; procedat Conſultatio ſuper expedienti. Chur-Pfältziſch Ertz-Amt ſolle richtig werden, omiſſis conditionibus. Clauſulæ annectantur Repartitioni, de additamento $^{200.}_{m.}$ Thlr. ut & ſolita, de non præiudicando.

N. II.

Literæ Statuum ad Regem Hiſpan. pro liberanda Frankenthalia.

Sereniſſime & Potentiſſime Rex, Domine Clementiſſime,

Quantis bellicarum calamitatum procellis afflictiſſimum Sacrum Romanum Imperium continuo triginta annorum æſtu agitatum, conquaſſatum & fractum fuerit, & quanto labore ante ſeſquiannum Monaſterii Weſtphalorum Pacis Compoſitione naufragio erectum, id Majeſt. Veſtræ benigne conſtat; quo in negotio nihil carius fuiſſet Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, quam ut eodem temporis tractu, quæ Majeſtati Veſtræ cum Rege Chriſtianiſſimo intercedunt, differentiæ componi potuiſſent, hacque ratione pax univerſalis toti Orbi Chriſtiano reddita fuiſſet. Eamque in rem Principalium Noſtrorum voluntate & juſſu animorum noſtrorum ſpontanea propenſione ſummo certe ſtudio ſemper incubuimus, nihil prætermiſimus, quod tam enixi voti nos reddere compotes poſſe videretur. Et-

1650. Mart. ſi vero optato ſucceſſu hactenus deſtituti fuerimus: ſemper tamen firma nobis ſpes fuit, Maieſtatem Veſtram pro Suo & laudatisſimorum Suorum Anteceſſorum benevolo in Sacrum Romanum Imperium affectu, proque innato Regiæ Clementiæ Decore, non obſtante diſſidiorum cum Rege Chriſtianisſimo contentione, nihil a Se deſiderari paſſuram, quod quidem Confoederatis Coronis anſam præbere poſſit, quo minus afflictæ Germaniæ Pacis commoda integra eſſe vellent; cum igitur Corona Galliæ occaſione Franckenthaliæ non reſtitutæ quinquaginta in Imperio occupata Fortalitia cum adiunctis Civitatibus & Provinciis hactenus retineat, nec antea priſtinis Poſſeſſoribus (quemadmodum juxta Pacis initæ leges debebat) reſtituere velit, quam ut Veſtra quoque Maieſtas pari ratione Franckenthaliam milite deducto Electori Palatino reſtituat; quin & coronam Sueciæ ex lege foederis duxerit, ut & ipſa Conventionem Exauctorationis & Evacuationis ſecum initam ex eadem cauſa Executioni mandare negaret. Undè fit, ut intereà tam Cæſareæ Majeſtatis, Domini Noſtri Clementisſimi, Regna & Dominia Hæreditaria, quam Electorum, Principum & Statuum Imperii Provinciæ & Ditiones alendi externi militis onere penitus exhauriantur. Hinc expenſis omnibus rerum circumſtantiis animadvertentes, huius deploratisſimi mali certum, opportunum & promptisſimum Remedium â ſolâ Maieſtate Veſtra dependere, Juſſu & Voluntate Noſtrorum Principalium ad eandem jam dudum acceſſiſſemus, niſi ſperaſſemus, faciliori id negotio per Auguſtiſſimum Noſtrum Imperatorem & Dominum Clementisſimum cum Maieſtate Veſtra componi poſſe. 1650. Mart.

Quo fine, & ut ſat temporis rei tantæ perficiendæ nanciſceremur, externique militis Germaniæ noſtræ incumbentis pondere ſublevaremur, eo nos induci paſſi ſumus, ut cum Gallicis (nam Suecici Plenipotentiarii tandem ceſſere) de uno alterovè loco præſidiis retinendo, aut verò Caſtro Ehrenbreitſtein in manus Sequeſtri conſignando ageretur.

Quicquid autem eius fiat, humiliter confidimus, Majeſtatem Veſtram haud aliter interpretaturam, quam ut ſpacium nobis eſſet, Eandem de ſuppeditando nobis in Sua Poteſtate poſito Remedio decenter interpellandi. Rogamus igitur eâ, quâ par eſt humilitate & reverentiâ, ne noſtris Principalibus, adeoque ſacro Romano Imperio in re tam neceſſaria deeſſe, ſed absque ulteriori mora decernere velit Franckenthaliæ reſtitutionem, mandatis ad Militiæ ſuæ Præfectos miſſis, quibus Præſidium illud excedere, hocque munimentum Domino Electori Palatino, ſine damno & noxa reſtituere jubeatur.

Quo Glorioſisſimo facto Maieſtas Veſtra totum Imperium ab externis malis, uno quaſi verbo, liberabit, priſtinoque ſplendori reſtituere poterit, ut univerſos Electores, Principes & Status Imperii æternæ gratitudini promptisſimis officiorum præſtationibus teſtificandæ devinctos habebit, & inſuper omnem Regiæ Proſperitatis cumulum a Deo Optimo Maximo bonorum omnium Largitore & Reſtitutore conſequetur, cuius Divinæ Protectioni Maieſtatem Veſtram devotisſimo mentis affectu humillime commendamus.

Ad
Regem Hiſpaniæ.

§. XV.

Läfers und Fuchſens Reſtitution betreffend.

Bey der Montags den 4/14 Mart. gehaltenen Seſſion, inſinuirte Chur-Bayern 2. Documenta, dem Collegio Deputatorum, um dadurch zu erweiſen, daß die in der Reſtitutions-Liſte mit begriffene, Otto Läfer und Hannß Chriſtoph Fuchß, nunmehro würcklich reſtituirt worden ſeyn, recommendirte an-

bey